

dem Antonium ad hoc idoneum esse reperiis; super quo tuam conscientiam oneramus; plebanatum prædictum, ad quem quis per electionem assumitur, cuique cura imminet animarum, & cujus fructus, redditus & proventus sexdecim florenorum auri de Camera secundum communem existimationem, valorem annuum, ut idem Antonius asserit, non excedunt, five præmisso, five alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque personæ, vel per Constitutionem fel. rec. Johannis Papæ XXII prædecessoris nostri, quæ incipit *Execrabilis*, vacet etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis. statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, vel ipse plebanatus dispositioni Apostolicæ specialiter; vel alias generaliter reservatus existat: super eo quoque inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum omnibus juribus & pertinentiis suis dicto Antonio auctoritate nostra conferas & assignes, inducens per te vel alium, seu alios, eundem Antonium, postquam ipse in tuis manibus corporale, juxta formam, quam sub Bulla nostra mittemus interclusam, præstiterit juramentum, vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem plebanatus, juriumque & pertinentiarum prædictarum, & defendas inductum, amoto inde quolibet detentore: ac faciens eundem Antonium, vel dictum procuratorem pro eo ad dictum plebanatum, ut moris est, admitti, sibi que de illius fructibus, redditibus, proventus, juribus & obventionibus universis integre responderi; contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus piæ me-